

que necessario magis occurrunt. et euidentiora uirtu-  
 tum ei expressa declarant manu reuertunt. **T**empe  
 namque capiti generalis quo sacratissime beati patris **fran-**  
**cisci** relique. ad locum ubi debita uenacione requiescet  
 translate sunt. solum ab administratione fratrum seruus dei  
**antonii** generalis predicacionis libertate ministro ge-  
 nerali suscepit. **H**erum quia alio tempore cum uidelicet sermo-  
 nes pannum dominicales proponeret. apud ciuitatem padua-  
 nam residere fecerat. et sinceram cuius christi fidem. quodam  
 eos sibi karitatis glutino copulauerat. mira eorum tractu  
 deuotione. primo libertatis sue cursu eosdem decreuit uisi-  
 tare. **P**ostquam ergo diuino nutu. ad ciuitatem padua-  
 nam puenisset. interpolata predicacione proterum hyemis spa-  
 tium cor studiis honestatis applicuit. et ad preces domini ho-  
 stiensis in festiuitatibus sanctorum pannum circulum. sermonum  
 et positionum se contulit. **T**alibus primorum utilitatibus oc-  
 cupato seruo dei antonio. quadragesimale tempus in-  
 stabat. **V**ides ergo tempus acceptabile. et dies salutis in mente  
 ab interuento destitit. et ad predicandum sicentem populo mentis oc-  
 cupacione se contulit. **T**antum namque predicandi eius feruor ac-  
 cederat. ut per continuos xli dies predicare disponeret. **Q**uod  
 et indubitanter fecit. **E**t mirum certe quia cum homo corpu